1425. 4/6

Ex Libro Privilegior
Capituli Cracoviensis



65

Amicabilis compositio inter Sbigneum Episcopum Cracoviensem et hæredes de Czastoczycze super Usu sylvarum et Pratorum, atque Viæ currentis de Szewna ad Podlasie, usque ad fluvium Kamiona fact.

Nos Petrus de Falkow Judex, et Zawissius de Olesnicza Subjudex terræ Sandomiriensis generales. Universorum Notitiæ tam præsentium, quam futurorum deducimus per præsentes. Quomodo Honorabilis Nicolaus Custos Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Martini Opatoviensis, et Nobilis Thomko Fratres germani de Czantoczycze hæredes, ad nostram aliorumque Dominorum in Colloquio generali Sandomiriæ nobiscum præsidentium præsentiam personaliter accedentes, non compulsi, non coacti, neque alio jure devicti, sed de bona et libera ipsorum voluntate recognoverunt publice concordiam perpetualem, et amicabilem Compositionem fecisse cum Reverendo in Christo Patre, et Domino, Domino Sbigneo Episcopo Cracoviensi, et ejus Capitulo Venerabili talem tamen quod dicti fratres, Nicolaus

laus

laus et Thombo per ipsorum homines, quotiescunque fuerit opportunum singulis annis dnt pontes parare formato per totam sylvam, usque ad bonam viam, etiam et Naturaliter reformabunt, quando esset opportunum utaria lignorum et rubetorum de sylvis dictorum fratrum pro eadem reformatione viæ et Pontium ibidem libere excidentes. Sed dicti homines seu Cmetones de Schewna et Dominus Episcopus pro Curia sua ibidem in Sylvis, borris et Mericis dictorum fratrum, absque eorum voluntate, nullam aliam debent habere libertatem, præter viam liberam ut præfertur, excepto si currus vel axis alias Osch alicujus hominis de Schewna in via eadem notorie frangerentur, Extunc utaria pro Reformatione currus vel axis fracti in sylvis prædictis libere excidet. In Pratis autem dictorum fratrum in via jam dicta eadem ita debet esse lata, quod duo currus possent se mutuo præterire. Etiam Episcopus prædictus cum suo Capitulo fundatione suæ Piscinæ jacentis in Kanthy, pratis, sylvis, et agris ipsorum fratrum, inundatione aquæ non nocebit, nec ea debebit inundare

dare. Ipsi quoque Fratres praedicti pro
poris dicti Thomkowis omnibus, eidem
Domino Episcopo fidejussoria cautione
compromiserunt, quod hujusmodi concor
diam nunquam violabunt nulla post
positione evadendo, pro fidejussoria
eadem, dominum Episcopum praedi
ctum, et ejus Capitulum. Harum quibus
in testimonium nostra praesentibus
sigilla sunt appensa. Datum in
Colloquio generali Sandomiriae feria
secunda proxima post festum Sanctae
et Individuae Trinitatis. Anno Domi
ni Millesimo, quadringentesimo vige
simo quinto. Praesentibus his Domi
nis Validis, Strenuisque Militibus, Cri
stino Castellano Cracoviensi, e Nicolao de
Michalow Palatino, Michaële de Czisow
Castellano Sandomiriensi, Dobeslao de
Olesnicza Voinicensi, Joanne de Oso
lin Radomiensi Castellanis, Andrea Sub
camerario, et Capitaneo Sandomiriensi,
aliisque militibus fide dignis.